

Band VII., Nr. 2086, Seite 39-40

Bischof Eberhard von Konstanz überträgt auf Bitten der Brüder Ulrich, Eberhard und Berthold von Gundelfingen dem Deutschen Hause zu Altshausen das Dorf Ebersbach samt dem Patronatrecht der dortigen Kirche gegen Überlassung der Hälfte von Burg und Dorf Otterswang durch die genannten 3 Brüder an die Konstanzer Kirche.

Konstanz, 1269. Juli 18.

E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus presentium inspectoribus universis salutem et notitiam subscriptorum. Litigandi materiam subprimere et future questionis dolos conculcare cupientes presentem etatem nosse nec futuram ignorare posteritatem volumus, quod dominus Ulricus pie recordationis nobilis de Gundelvingen ecclesie nostre ac nobis villam in Ebersbach cum iure patronatus eiusdem ecclesie molendinis piscariis nemoribus pratis pascuis nec non quibuslibet aliis suis pertinentiis libera donatione contulit perpetuo possidendam ipsam sibi et heredibus suis a nobis in feodum recipiens subsequenter. Processu vero temporis Ulricus filius eiusdem cum Eber[hardo] et Bertoldo fratribus suis supplicarunt, ut *eamdem* villam cum omnibus supradictis pertinentiis tam tactis quam intactis cultis et incultis una cum hominibus ipsi ecclesie ac ville pertinentibus donatione libera hospitali sancte Marie domus Theutunicorum in Alshusen conferre dignaremur, medietatem castri et ville in Otolveswanc cum omnibus suis pertinentiis ecclesie nostre ac nobis conferentes donatione libera in ville concambium pretaxate, ipsam medietatem sibi antedictus Ulricus in feodum recipiens a nobis ville sub nomine memorate. Quorum petitionibus annuentes benignius ex communi consensu capituli nostri fratribus nominati hospitalis pia traditione contulimus libere ac pacifice perpetuo possidendam, omni auxilio iuris ecclesiastici et civilis omni beneficio legum et canonum omni pacto et privilegio omni actioni et exceptioni tam in genere quam in specie, quibus dicta commutatio irritari aut revocari vel inpediri posset, renuntiantes per presens plenius instrumentum. Huius rei testes sunt: H[artmannus] comes in Grüningen, Ulricus pincerna canonicus Augustensis, Ber[tholdus] de Wildenvels¹, H. Scambelerus rector ecclesie de Zusdorf, magister Ulricus de Hiltolvingen, magister Azo, R. rector ecclesie de Otolveswanc, C[unradus] de Hunbrectesreit, Gebehardus, H[ainricus] de Ebersberc, H. Vesarius et alii quam plures. Pro cuius facti memoria presens instrumentum sigillo nostro et capituli nostri communitum

¹Das um 1900 so genannte Lenzenschlössle, Burgstall bei Thiergarten, bzw. die abgegangene Burg bei Leibertingen.

II

dictis fratribus ad evidens indicium contulimus et cautelam.

 Actum Constantie anno domini millesimo CCLXVIII., XV. kalendas Augusti, XII. indictione.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißen Leinenlitzen die Siegel des Bischofs Eberhard und des Kapitels von Konstanz, vgl. die Siegelbeschreibungen zu den Urkunden Nr. 1274 (WUB, Bd. V, S. 38 f.) und Nr. 1770 (WUB, Bd. VI, S. 165).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 343 U 41

Regesten:

Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 2191 (zum Jahr 1268) und Nr. 2221.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Altshausen Wohnplatz (18642)
 Altshausen, RV
 Augsburg, A
 Ebersbach Wohnplatz (20674)
 Ebersbach, Ebersbach-Musbach, RV
 Ebersberg Wohnplatz (18117)
 Ebersberg, Neukirch, FN
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Gundelfingen Wohnplatz (15913)
 Gundelfingen, Münsingen, RT
 Hilterfingen, Kt. Bern, CH
 Hummertsried Wohnplatz (17202)
 Hummertsried, Eberhardzell, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Leibertingen Wohnplatz (21141)
 Leibertingen, SIG
 Otterswang Wohnplatz (17084)
 Otterswang, Bad Schussenried, BC
 Thiergarten Wohnplatz (21046)
 Thiergarten, Beuron, SIG
 Wildenfels
 Zußdorf Wohnplatz (20599)
 Zußdorf, Wilhelmsdorf, RV